





RECTOREM MAGNIFICVM  
ILLVSTRISSIMOS COMITES  
PERILLVSTREM LIB. BARONEM.  
*PATRESQVE AC CIVES ACADEMIAE*

1727  
6

AD  
DISSERTATIONEM SOLEMNEM  
CONSULTISSIMI  
SUMMORVM IN VTROQVE IVRE HONORVM  
CANDIDATI

**IO. AVGVSTI BECKERI**

DRESDENSIS

IN AVDITORIO MAIORI

*AD DIEM VII MART. A. R. S. c. l. s. l. s. CC. XXVII*

HABENDAM

EO QVO DECET CVLTV ET STUDIO

INVITAT

**CHRISTOPH. HENRICVS  
DE BERGER**

ORDINIS IVRE-CONSULTORVM  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
DECANVS



RECTORI M. G. H. H. H.  
H. H. H. H. H. H. H. H. H.  
H. H. H. H. H. H. H. H. H.  
H. H. H. H. H. H. H. H. H.

SAMORVM VROVVE HONORVM  
L. H. H. H. H. H. H. H. H. H.

IO AVGVSTI BRICKERI

ORDINIS

IN A. G. H. H. H. H. H. H. H. H. H.

AD DIEM VII MARTII MDCCCXXXII

HAB.

NOV. DEC. 1832



CHRISTOPH. HENRICHVS

DE BERGER

ORDINIS IURE CONSULTORVM

IN ACADEMIA VITTEBERGENSI

DECVII



**R**E, eaque immobili, creditori licitanti adiudicata, debitori ius reuolutionis intra annum, eumque civilem, *Decis. Elect. Sax. Nouiss. II.* atque a die, non adiudicationis, sed finitae subhastationis, *von der Zeit, da der Gläubiger das Licitation - Recht erstanden, computandum, competere, Ord. Proc. Sax. Vet. Tit. XXXIX. §. 13. Damit aber etc. dixit Dn. Parens, Oeconom. iuris Lib. IV. Tit. XXIX. Th. 4. Not. 5. pag. 1157. et Elect. Discept. Forens. Tit. 39. Obseru. II. pag. 1209. seqq.* in eandemque sententiam Summus Prouocationum Senatus censuit nouissime, in caussa *Gottlob Bernhard Kratzens und Consorten, contra August Beyern und Consorten, Consil. hybern. 1727.* propterea, quod uerba: *Das Gut zukommet etc.* quae in *dict. §. 13. Damit aber etc. Ord. Proc. Sax. Vet.* habentur, de die licitationis perfectae, siue finitae subhastationis,

tionis, accipienda sunt. Quae quidem doctrina deinceps, secundum dispositionem *Ord. Proc. Sax. Nou. cit. Tit. XXXIX. §. 19. Woferne aber etc.* certo modo declarata et mutata est, ita, ut debitor, sine omni discrimine, utrum creditori, an uero extraneo, licitanti adjudicatio rei immobilis facta, iure reluendi, intra spatium sex mensium uti possit, siquidem debitor, ante finem sex mensium, licitanti numeratum pretium praesenti pecunia reddat, aut, hoc restitutionem respuente, iudicialiter deponat. Secus si fecerit debitor, hic ab omni postea reuolutione arcetur. Id quod ius reluendi, quamuis extraneis heredibus haud competat, nec cedi queat, *Dn. Parens, Elect. Discept. Forens. Tit. 39. Obseru. 12. Not. 1. pag. 1217.* neque extra casum subhastationis locum inueniat, ad debitoris tamen liberos, eosdemque parentum heredes, recte profertur, *Ord. Torgau. de anno 1583. et Ord. Proc. Sax. Vet. §. 13. Damit aber etc.* dummodo liberi heredes aes alienum, a parentibus contractum, creditoribus prius soluant. Nam, si hoc non fiat, aut fieri non possit, ius reuolutionis debitoris liberis heredibus, quippe qui facta parentum praestare tenentur, merito denegandum, immo nec liberis heredibus,

bus, in minorenni etiam aetate constitutis, ratione huius iuris reluendi, beneficium restitutionis in integrum, quo alias illi omnino gaudent, ne quidem ob absentiam laudabilem, concedendum est, quoniam ius restitutionis est ius quoddam exorbitans et singulare, adeoque magis restringi, quam, praeter necessitatem, in odium ac detrimentum, praesertim tertii, licitantis nimirum, extendi, atque sic beneficium restitutionis in integrum, intuitu iuris reluendi, potius cessare debet, in primis, cum non solum legum Saxonicarum, uerum etiam ipsamet aequitatis ratio idem illud suadeat. Prouti censuit Idem Inclutus Senatus in praedicta causa, *eod. Consil. hyem. 1727.* Sed, qui haec scribendi occasionem nobis dedit, hic subsistere nos iubet Nobilissimus Clarissimusque, summorum in utroque iure honorum, Candidatus, de cuius natalibus et uitae, quam honeste egit, ratione, more, a maioribus accepto, nonnulla recensenda ueniunt. Est illi nomen **IOANNES**

**AVGVSTVS BECKERVS,**  
Dresdensis, in lucem editus Die XXX.  
Mens. Octobris An. MDCCI. Patre uenerabili, M. GOTTHELFF EHRENREICH,

A 3

ad

ad aedem S. Crucis Archi-Diacono, uiro  
de coetu sacro Dresdensi optime pridem  
merito, cui nouos honores filii probe edu-  
cati, ac paternarum uirtutum aemuli, ea,  
qua par est, obseruantia, gratulamur, et  
uitam longissimam, ac omnes in ea exoptan-  
das prosperitates religiosissimis animis pre-  
camur. Matrem ueneratur, MARIAM  
CHARLOTTAM, M. GEORGI WILCKI,  
illustris Gymnasii Misenenis Rectoris quon-  
dam Celeberrimi, natu maiorem Filiam,  
Matronam, laude uirtutum praecipuarum,  
quae sexum elegantiozem exornant, insig-  
nem et conspicuam. A teneris unguicu-  
lis, statim ac per aetatem licuit, disciplinae,  
doctrinaeque diligentissimorum praecepto-  
rum a Domino Parente domi fuit traditus,  
qui in pietate et artibus liberalibus, ne-  
cessariisque disciplinis eum instruxerunt,  
nec minus ipse Dominus Pater multa  
cura, multaque industria eundem erudiuit.  
Elementa edoctus pietatis atque humani-  
orum literarum a Domino Parente et  
fidissimis praeceptoribus, maiorem earum  
culturam sibi comparauit, doctissima ope-  
ra GELENI, Rectoris, et GELLI, Con-  
rectoris Scholae patriae Crucianae, quorum  
singularem fidem atque dexteritatem fa-  
tis



tis praedicare nescit. Praeparato sic ad  
altiora animo, Die XVII. Mens. Octo-  
bris An. MDCCXX. Lipsiam adiit, a  
Magnifico Academiae Rectore in Ci-  
uium numerum susceptus est SCHMI-  
DIO. Audiuit ibidem praestantissimos  
quosque in omni scientiarum genere Vi-  
ros, adiit scholas Philosophicas, Histo-  
ricas atque Oratorias, OLEARIORVM,  
MENCKENIORVM et SCHMIDIORVM, au-  
diuit Excellentissimos ac Celeberrimos ICtos,  
OLEARIOS, RECHENBERGIOS, SCHV-  
BARTOS, GLAFEY, DINCKLEROS, REI-  
CHELIOS et SCHLEGELIOS, eorundem-  
que lectiones eruditas ac perspicuas frequen-  
tauit sedulus, quorum omnium, in primis ta-  
men DINCKLERORVM et SCHLEGELIO-  
RVM institutioni fidelissimae, multa se debere,  
libens fatetur. Anno MDCCXXIV. Die  
XXV. Mens. Octobris, Domini Parentis  
iussu, Dresenam se retulit, ibique in Prae-  
fectura Dresdensi in iis, quae ad stylum Cu-  
riae, ut uocant, addiscendum, facere pos-  
sunt, per aliquot temporis spatium, se exer-  
cuit. Postea An. MDCCXXV. Die II.  
Mens. Maii Lipsiam rediit, atque ibidem a  
Dn. D. HOECKNERO, Notarii Publici Cae-  
sarei dignitate ornatus fuit. Tandem An.  
M DCC XXVI. Die XXVII. Mens. Februa-  
rii

rii ad nos accessit, et ea, quae Lipsiae in  
scholis, tam publicis, quam priuatis, hause-  
rat, duce et moderatore Excellentissimo, Con-  
sultissimoque KEMMERICHIO, ex cuius pri-  
uata institutione, conuictu ac hospitio, non  
parum se profecisse, grata mente praedicat,  
magna industria repetiit. Disputauit, eo  
Praeside, eodem Anno Die VI. Mens. No-  
uembris *de Secretariis, Protonotariis et Actu-  
ariis Iudicialibus.* Die IX. Mens. Nouem-  
bris eiusdem Anni nomen suum Ordini no-  
stro modeste professus, ad tentamen et examen  
pro consequenda facultate causas in foro o-  
randi, ac paulo post Die XX. Mens. Decem-  
bris dicti Anni ad examen, quod rigorosum  
nominari solet, admissus, omnes Candidati  
Dignissimi partes cum laude expleuit. Nihil  
itaque reliquum est, quam, ut, more insti-  
tutoque maiorum, in publicum prodeat, et,  
Magnifico atque Excellentissimo BASTINEL-  
LERO Praeside, *de Lite Heredis, cum Posses-  
sore Singulari,* edisserat. Cui actui solemn-  
i, ut Magnus Academiae Rector, Illustrissi-  
mi Comites, Perillustris Lib. Baro, reliqui  
Academiae Proceres et Viri omnium Ord-  
inum honoratissimi, Ciuesque Generosi ac No-  
bilissimi interesse haud grauentur, etiam at-  
que etiam oramus et rogamus. P. P. Vitem-  
bergae Dominica Inuocauit A. R. S.

clo Idcc XXVII

VITEMBERGAE, LITERIS GAEBERTIANIS





Wittenberg, Diss., 1727 A-50



Sb.







RECTOREM MAGNIFICVM  
ILLVSTRISSIMOS COMITES  
PERILLVSTREM LIB. BARONEM.  
*PATRESQVE AC CIVES ACADEMIAE*

AD  
*DISSERTATIONEM SOLEMNEM*  
CONSULTISSIMI  
SUMMORVM IN VTROQVE IVRE HONORVM  
CANDIDATI

IO· AVGVSTI BECKERI

DRESDENSIS  
IN AVDITORIO MAIORI  
*AD DIEM VI<sup>o</sup> MART. A. R. S. c. l. s. l. s. CC. XXVII*

HABENDAM  
EO QVO DECET CVLTV ET STUDIO  
INVITAT

CHRISTOPH· HENRICVS  
DE BERGER  
ORDINIS IVRE-CONSULTORVM  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
DECANVS

1727  
6

